Aneth. ana ʒiß.
destill. Anis.
Carv. ana gtt. vj.

M. ad Vitr. ac inde regio Lienis interdum calidè illinatur.

Vel ℞. *Ol. carminat.* ʒij.
Laur.
Scorp. Matth. ana ʒj.
Rosar. ʒiiß.

M. ad Vitr. Usus ut suprà.

Vel ℞. *Ol. Aneth.*
Chamom.
Lot. hortens. odor.
Lumbric. terr. ana ʒiß.
destill. Bacc. Junip. ℈j.

M. ad Vitr pro inungendo Hypochondrio sinistro.

Vel ℞. *Empl. de Cicutâ.*
Bacc. Laur. ana ℥j.
Ol. Laterum. ʒij.

M. F. Emplastr. Lienis regioni applicandum.

Vel ℞. *Herb. Erysim. rec.* Miij.
Bacc. Junip. Mß.
Incis. & contus. permisce
Farin. Secalin. q. s.
Albumin. Ovor. Num. ij. *vel plura.*

M. F. Cataplasma, quod calidè regioni Lienis tumidi & scirrhosi singulis noctibus applicetur, validissimè enim aperit & discutit.

CAPUT XXVIII.

De Remediis Nephriticis.

§. 1.

Nephritica Remedia dicuntur, quæ Affectibus Renum, Ureterum, ac Vesicæ mederi apta sunt. *Nephriticorum definitio.*

ſunt. Cùm autem Morbi talium partium varii ſint, iique à diverſis cauſis oriundi, *Remedia* quoque *nephritica* varii generis particulis, hinc & qualitatibus variis pollebunt; ita ut *alia* quidem coagulum, vias Renum obſtruens, atque à ſale tartareo fixo-acido originem trahens, reſolvant: *alia* fibras nerveas à rodente ſale punctas, laceratas, doloremque plus minus intenſum excitantes demulceant: *alia* tandem vias tubulosque nimis ſtrictos laxent, eorumque internam aſperitatem lubricent, ſicque occaſionem dent ſive arenulis, ſive calculis, ſive etiam pituitæ coagulatæ, tanto facilius expediundis & propellendis. Hiſce etiam addi poſſunt *Lithontriptica* ſive *Calculum frangentia*, de quorum tamen exiſtentiâ & decantatâ operatione, ſive effectu Medici Practici valdè adhuc dubitant.

Lithontriptica remedia.

Remedia coagulum reſolventia.

§. 2. Quæ Medicamenta coagulum pituitoſo-tartareum Renum aut Veſicæ reſolvere, ac in fluorem debitum redigere debent, particulis ſali coagulanti maximè reſiſtentibus conſtent oportet; ab hoc enim ſale plus minus volatili, alcalino magis quàm acido, pituituſæ ac terreſtres fixæ particulæ in mucilaginoſum coagulum velut congelari ſolent. Omnium optimè autem & potentiſſimè reſolvunt, quæ ſalinis partim, partim etiam terreſtribus & lapidoſis abſorbentibus, partim denique plus minus volatilibus apertis aut occultis ſalino ſulphureis conſtant particulis: prout in hanc Claſſem referimus è Regno vegetabili quidem *Radices quinque aperientes majores & minores, nec non Ononidis, Eryngii, Allii, Ceparum, Filicis, Bardanæ, Jalapp. Mechoacann. Sigilli Sal. Pimpinellæ, Saxifragæ, Filipendulæ, Ari, Dictamni alb. Squillæ, Carlin. Raphani ruſticani, Herbas Cherefolii, Urticæ urentis, Anſerinæ, Veronicæ, Petroſelini, Apii Selini, Naſturtiorum, Tricho-*

Trichomanes, Scordii, Adianth. Hederæ terrestris, Virgæ aureæ, Lepidii, Chamædr. Levistici, insigniter ad Calculum commendatæ, *Herba Thée*, ejusque *Infusum, Grana Coffé, Baccæ Juniperi & Alkekengi, Coryli, Cynosbatos, Ossa Dactylorum, Nuclei Cerasorum, Persicorum*, &c. *Lapides Mespilorum, Semina Thlaspios, Apii, Petroselin, Plantaginis, Nasturtii, Milii solis, Dauci, Violarum*, quod postremum semen simul alvum laxat, *Lycopodii, Terebinthina* & inde ppta, item *Aquæ destillatæ Plantarum* suprà dictarum, ut & *Succus Betulæ*. Ex Regno *Animali* habemus *Millepedes pptos, Oculos Cancrorum, Lapides Percarum & Carpionum, Sperma Ceti, Sal volatile Eboris*, C. C. *Viperarum*, & id genus *Spiritus Urinæ & Salis armon. volatil.* Ex Regno *Minerali* eminent *Succinum* cum *Oleo. Essentiâ, Spiritu*, aut *Sale volatil.* Item *Tartarus vitriolatus, Arcanum duplicatum Mynsichti, Nitrum vitriolatum, Lapis Lyncis, Judaicus, Nephriticus*, & *Pisolithus, Spiritus aperitivus Penoti, Tinctura Mart. aper.* vel *Antimon.* aut *Corallorum* cum *Nitro par. Liquor nephriticus mineralis Michaëlis, Spiritus Salis* aut *Nitri dulcis, Aquæ minerales*, prout sunt *Acidulæ, Thermæ Fabarienses Rhætiæ*, & id genus. Ex quibus formulæ variæ anti nephriticæ sequentem in modum parari possunt:

℞. *Tereb. opt. Vitell. Ov. sol.*
Syr. Violar. ana ℥j.
Aq. Portulac.
Fragor.
Malv. ana ℥ß.

M. F. Colostrum pro dosi exhibendum in Obstructionibus Renum à coagulo.

Vel ℞. *Fol. Senn. diligent. mund.*
Radic. Eryng.

Apii ana ʒij.
Herb. Potentill. Mj.
Crem. Tartari ʒj.
Semin. Fœnic.
Dauc. ana ʒß.
Incisis & contus. affunde per noctem
Aq. Malv.
Veronic.
Ononid. ana q. s.
Sequenti mane bulliant parum, & in colaturâ dissolve
Tereb. Vitell. Ov. solut. ℥ß.
Aq. Cinam. ʒij.

M. & exhibe pro dosi. In Colicâ nephriticâ remedium præstantissimum, & olim quorundam Medicorum secretum.

Vel ℞. *Aq. Alkekeng.*
Cherefol.
Ononid.
Anserin. ana ʒvj.
Syr. de Alth. Fernel. ℥ß.
Spiritus Fragor. ʒiij.
Nitri vitriol. ʒj.

M. ad Vitr. Hauriatur frequenter cochleatim.

Vel ℞. *Aq. Cherefol.*
Fragor. ana ℥iß.
Cinam. ʒij. *ad* ʒiij.
Syr. Capill. Veneris ʒvj.
Spiritus Salis dulc. gtt. xij.

M. ad Vitr. sumatur per cochlearia eo in Affectu, in quo propter mucilaginosum viscidum coagulum Urina procedere nequit.

Vel ℞. *Aq. Petrosel.*
Portulac.

Fœnicul.

Fœnicul.
Syr. Violar. ana ℥j.
Spiritus Salis dulc. ʒß.
Ocul. 69. ppt.
Antimon. diaphor. ana ℈j.
M. ad Vitr. Detur ut ſuprà.

Vel ℞. *Radic. Ononid.*
Liquirit.
Pulv. Virg. aureæ.
Ocul. 69. ppt.
Lapid. Lync. ppt. ana ℈ij.
Salis Ononid.
Juniper. ana ℈j.
Sacch. cand. alb. ℥ß.
M. F. Pulv. ſubt. cujus doſis ʒß. *ad* ℈ij. *cum Aquâ appropriatâ.*

Vel ℞. *Lapid. Meſpil. ppt.*
Judaic. ppt.
Ocul. 69. ppt. ana ʒj.
Arcan. duplicat. ʒß.
Milleped. ppt. ℈j.
Sacch. cand. alb. ʒj.
M. F. Pulv. ſubt. cujus doſis ut ſuprà.

℞. *Trochiſc. de Alkekeng.* ʒj.
Ocul. 69. ppt.
Cryſtall. alb. ppt. ana ʒij.
Lapid. nephritic.
Semin. Dauc.
Thlaſp.
Mil. Solis ana ℈j.
Sacch. penid. ʒiß.
M. F. Pulv. ſubt. ad ℈ij. *pro doſi frequenter exhibendus.*

Vel ℞. *Tartari vitriolat.* ʒj.
Salis Ononid.

Absynth.
Genist. ana ʒß.
Conch. ppt. ʒj.
M. F. Pulv. subt. ad ʒß. *vel* ℈ij. *exhiberi commodus.*

Vel ℞. *Ocul. 69. ppt.* ʒij.
C. C. ph. ppt.
Semin. Dauc. ana ʒj.
Salis volatil. Succin. ʒß.
Milleped. ppt. ℈j.
Sacch. penid. ʒvj.
M. F. Pulv. subt. Dosis ut suprà.

Vel ℞. *Tinct. Mart. aperitiv.*
Corallor. cum Nitro ana ʒiß.
Antimon. ʒj.
M. ad Vitr. Dosis xv. ad xx. gtt.

Vel ℞. *Essent. Succin.* ʒiß.
Ol. Terebinth. ℈j.
M. ad Vitr. dosis viij. *ad* x. *gtt.*

Vel ℞. *Spiritus Fragor.*
Bacc. Juniper. ana ʒij.
M. ad Vitr. Dosis xx. ad xxv. gtt.

Vel ℞. *Olei destill. Bacc. Junip.* ʒij.
D. ad Vitr. dosis vj. *ad* viij. *gtt.*

Vel ℞. *Terebinth. opt.* ʒij.
Extract. Ononid.
Alkekeng. ana ʒß.
Succin. alb. ppt. ℈ij.
Diaphor. martial.
Milleped. ppt. ana ℈j.
Ol. Succin. destill. q. s.
M. F. Pil. Pisi minoris magnitudine, de quibus m. ac v. sumantur. viij. *pro dosi.*

Demulcentia. §. 3. *Dolorem Renum mitigantia Nephritica,* acrimoniam humorum vellicantium absorbere, edulcorare,

corare, & ſimul hinc enatam ſpaſmodicam tenſiorem fibrillarum nervoſarum, in membranis tubulisque Renum, Ureterum aut Veſicæ emendare ac demulcere debent. Variis hinc conſtant particulis, quarum aliquæ notantur aquoſo-oleoſæ, aliæ *mucilaginoſæ*, vel *ſulphureo-balſamicæ*, hinc *nervinæ* ac *vulnerariæ*, aliæ aquoſo *alcalinæ abſorbentes*; aliæ denique *narcoticæ* & *anodynæ*. Hinc meritò in taliumRemediorum cenſum referuntur *Radices Altheæ, Symphyt. maj. Liquiritiæ, Malvæ, Herbæ Sempervivi, Alcææ, Telephii, Altheæ, Portulacæ, Lactucæ, Malvæ, Parietariæ, Pulpa Caſſiæ, Terebinthina, Semina quatror frigida majora, Amygdalæ, Nuclei Ceraſorum.* Quibus adde *Plantaginem, Saniculam, Alchymillam, Pimpinellam Geſneri, Lichenem petræum, Virgam auream, Flores Chamomillæ, Papaveris rheados, Violar. Semen Papaveris albi, Syrupum Violarum, Capill. Vener. Syrup. anodynum, de Altheâ Fernelii, Eſſentiam traumaticam*, præprimis *Virgæ aureæ* ac *Succini, Cinnabarim* utramque, *Chelas 69rum pptas, Conchas pptas, Corallia, Matrem Perlarum, Lapides 69rum*, &c. Ultimum denique locum obtinebunt *Opiata* cum *Oleo Amygdalarum dulcium*, è quibus variæ formulæ concinnari poſſunt: v. gr.

℞. *Syr. de Alth. Fernel.* ℥ij.
Capill. Vener. ℥ß.
de Semperviv. ʒij.
Ol. Amygdal. dulc. rec. expr. ʒvj.
Aqu. Malv. ℥j.
M. *ad Vitr. Sumatur per cochlearia.*

℞. *Syr. de Alth. Fern.* ℥iß.
Violar.
Aqu. Fragor. ana ℥j.
Ol. Amygdal. dulc. ℥iß.
Spec. diatrag. frig. ʒj.

M. F. Eclegma. Sumatur cochleatim.

Vel ℞. *Syr. de Lichen. petr.*
Liquirit.
Anſerin. ana ℥vj.
Aq. Semperviv.
Portulac.
Malv. ana ℥ß.
Ocul. 69. ppt.
Matr. Perl. ppt. ana ʒß.
M. ad Vitr. Sumatur ut ſuprà.

℞. *Ovum gallinaceum excavatum, cui primùm infunde Syr. Violar. cochlearia* ij. *hinc ſuperfunde Terebinth. clar.* ℥vj. *tandemq; Ovum Syrupo Violarum reple, ſicque exhauriendum Ægro præbe, qui de Sapore vel odore Terebinthinæ hac ratione non multum ſentiet.*

Vel ℞. *Gumm. arabic.* ʒiij.
Pulveriſatum divide in iij. *doſ. æq. cum Juſculo vel Lacte calido tribus inſequentibus diebus ſumend.*

Vel ℞. *Extr. Liquirit.*
Theriac. cœleſt. ana gr. v.
Cum Ol. ſtill. Succin. f. l. a. Pilulæ num. vj. *Inaur. ſumantur pro doſi.*

Vel ℞. *Extract. Conſol. gr.* vj.
Onon. gr. iij.
Laud. Opiat. gr. j.
Cinnab. Antimon. opt. gr. iv.
Cum Oleo Terebinth. f. l. a. Pilulæ nun. viij. *Inaurat. ſumantur pro doſi ab homine adulto.*

Vel ℞. *Spec. diatragac. frig.*
Gumm. arabic. ana ʒiij.
M. F. Pulv. ſubt. divid. in vj. *doſ. æq. m. ac v. ſumendas.*

Vel

Vel ℞. *Essent. Virg. aureæ* ʒiiß.
Succin. ʒß.

M. ad Vitr. Dentur xv. gtt. pro dosi cum cochleari *Syrupi de Althæâ Fernelii*, aut *Olei Amygdalarum dulcium.*

Vel ℞. *Essent. traumat.* ʒij.
Opii liquid. ℈j.

M. ad Vitr. Dos. xv. *ad* xx. *gtt. cum Syrupo aut Liquore convenienti.*

Vel ℞. *Nucl. Persicor.*
Amygdal. dulc. rec. excort. ana ʒij.
Sem. 4. *frig. maj. ana* ʒj.
Papav. alb. ʒiß.
Aq. Malv.
Semperviv. ana ℥iiij.

M. F. l. a. Emulsio cui adde
Syrup. de Alth. Fernel. ℥j.
Confect. Man. Chr. simpl. ℥ß.

M. ad Vitr. sumatur tribus vel quatuor dosibus.

Vel ℞. *Amygdal. dulc. rec. excort.*
Nucleor. Cerasor. ana ʒiß.
Semin. Melon.
Cucumer. ana ʒij.
Aq. Portulac.
Chamomill.
Fragor. ana ℥j.
Cardiac. offic. ʒvj.

M. F. l. a. Emulsio, cui adde
Syrup. anodyn. ℥j.
Julep. rosac. ℥ß.

M. ad Vitr. pro ij. *vel* iij. *dosibus.*

§. 4. Quæ *Nephritica* vias sive tubulos hinc inde exasperatos laxant, aut etiam adstrictas fibras leniunt & demulcent, *particulis aquosis* aut *oleosis* emollientibus constare debent, tam internè assumta, *Nephriticæ vias stricta laxantia.*

quàm externè quoque usurpata. Cujusmodi sunt *Aquæ destill. Malvæ, Sempervivi, Lactuc. Parietar. Althææ, Portulacæ, Saniculæ, Lichenis petræi, Syrupus Violarum, de Althæa Fernelii, de Lichene petræo, Olea Amygdalarum dulcium, Lini, Olivarum*: Quæ quidem singula internè in calculosâ constitutione usurpari possunt, partim ut sabulum aut etiam Lapilli minores per lubricatos atque laxatos tubulos, expansioni faciliori aptiores sic redditos, tanto minore cum incommodo transmitti queant. Pro *externo* autem *usu* sive in *Clysteribus*, sive in *Fomentis* aut *Inunctionibus* prosunt *Radices emollientes*, ut & *Petroselini, Apii. Allii*, &c. *Herbæ itidem emollientes* cum *Chamomillâ, Atriplice, Thlaspide, Meliloto, Baccis Juniperi & Alkekengi, Semine Milii Solis, Aquilegiæ*, ut & 4. *frigidis majoribus, Olea Olivarum, Amygdalarum, Scorpionum, Lini, Chamomillæ, Succini, Vulpinum, &c. Pinguedo Humana, Canum, Cervi, Ungtum de Althæâ*; E quibus Formulæ sequentes componi possunt, v. gr.

℞. *Aq. Lactuc.*
Portulac.
Lichen. petræi. ana ℥ij.
Syr. Violar. ℥iß.
M. ad Vitr. pro iij. *dosibus.*

Vel ℞. *Radic. Malv.*
Alth.
Fragar.
Filic. ana ℥iij.
Herb. Mercurial.
Violariæ,
Agrimon.
Anserin. ana Mj.
Summit. Virg. aur. Mß.
Jujubar. par. iij.

Bol.

Bol. armen. ℥j.
Salis polychr. ʒiß.
Incis. & contus. coque in Aqu. fontan. Mij.
Colatura Ovi Vitello clarificata d. ad Vitrum, & singulis mane ac vesperi sumatur dosis ℥ix.

Vel ℞. *Aq. Semperviv. maj.*
Plantag.
Malv. ana ℥iij.
Syr. de Alth. Fernel.
Semperviv. ana ℥iß.
M. ad Vitr. pro iij. *dosibus.*

Vel ℞. *Aq. Parietar.*
Fragor. ana ℥iiß.
Semperviv. ℥j.
Syr. Jujubin.
Violar. ana ʒvj.
Mucilag. Sem. Cydon. Aq. Rosar.
& Cinam. fact. ℥ß.
M. ad Vitr. sumaturq; ij. *vel* iij. *dosibus.*
℞. *Ol. Amygdal. dulc.* ℥ij.
Sumatur aliquoties pro dosi cum Jusculo.

Vel ℞. *Syr. de Alth. Fernel.*
Violar.
Ol. Lin. ana ℥j.
Aq. Ononid.
Semperv. maj. ana ℥iß.
Gumm. Arabic. pulver. ʒj.
M. F. Eclegma cochleatim sumendum. Possunt in hunc finem etiam *Colostra terebinthinata*, vel *Pilulæ è Terebinthinâ* frequenter assumi.

Vel ℞. *Spermat. Cet. opt.* ʒiij.
Divid. in iij. *dos. æq. m. ac v.* in Jusculo calido sumendas.

Pro externo usu sequentia præscribi solent.

℞. *Rad.* 5. *emoll. ana* ʒiß.

Herb.

Herb. Violar.
Malv.
Cherefol.
Summit. Chamom. ana Mj.
Bacc. Alkekeng. ʒiij.
Semin. fœnic. ʒj.
Incis. & contus. coq. in s. q. Aq. font. vel Jusculi carnium. Colaturæ ℔j. *adde*
Mell. Mercurial.
Ol. Olivar. ana ℥j.
Sacch. albiss. ʒij.
M. F. Clyster injiciendus tepide.

Vel ℞. *Decoct. Rad. & Herb. emoll.* ℥xj.
Mell. violac. ℥j.
Ol. Vulpin. Chamom.
Lil. alb. ana ʒvj.
Salis Gemm. ℈j.
M. F. Clyster.

Vel ℞. *Rad. Alth.*
Eryng.
Polypod. ana ℥ij.
Herb. Parietar. Mercurial.
Origan. ana Mj.
Florum Chamom.
Melilot. ana Mß.
Bacc. Juniper.
Semin. Carv. ana ʒiß.
Incis. & contus. coq. in s. q. Aq. font. Colaturæ ℔j. *adde*
Ol. Oliv. ℥j.
Scorp. simpl.
Elect. de Hier. picr. Logad. ana ℥ß.
M. F. Clyster tepidè injiciendus.

Vel ℞. *Juscul. Carn.* ℥vj.
Ol. Olivar. ℥iiij.

Liu.

Lin. ℥ij.
Mell. rosacei ℥j.
Elect. cathol. ʒvj.
M. F. Clyster inspergendus tepidè.
Vel ℞. *Ungt. de Alth. Fernel.* ʒvj.
Ol. Scorpion. Matth. ʒij.
M. ad Oll. & lumborum regio hinc calidè frequenter illinatur.
Vel ℞. *Ungt. de Alth.* ℥j.
Ol. Chamon. ʒiij.
Scorpion. simpl. ʒj.
Succin. destill. ℈j.
M. F. Linim. lumbis illinendum.
℞. *Ol. Chamon.*
Vulpin. ana ℥ß.
Semin. Hyoscyam. expr. ʒiß.
Scorpion. Matthiol. ʒj.
M. ad Vitr. pro illinendis Lumbis.
℞. *Ol. scorpion. simpl.* ℥ß.
Axung. Can.
vulpin. ana ʒij.
Ol. Sem. Papav. alb. expr. ʒiß.
Bacc. Junip. destill. ʒj.
M. F. Linim. d. ad Oll. pro Lumbis illinendis.
℞. *Rad. Alth.*
Fænic.
Malv. ana ℥ß.
Herb. Mercurialis,
Branc. ursin.
Summit. Chamom.
Melilot.
Aneth. ana Mj.
Bacc. Junip.
Sem. Papav. alb.
Hyosciam. ana ʒij.

Incisa

Incisa & contusa insuantur Sacculo interpassato, qui Aquæ vel Lacti incoctus Lumbis applicetur calidè.

℞. *Rad. Ononid.*
Malv. ana ʒvj.
Herb. Cherefol.
Petrosel.
Alth.
Summit. Chamon. ana Miß.
Bacc. Alkekeng.
Junip. ana ʒiij.
Semin. Fœnic.
Petrosel. ana ʒij.
Radic. Allii rec. num. iij.

Incisa & contusa insue Sacculo & coque ut suprà.

§. 5. Apud Infantes frequenter contingit, subinde tamen in Adultis etiam observatur, ut Urina nimis crassa in Vesicâ subsistat, neque ab ægro excerni possit. In hoc casu non reperi præstantius remedium euporisto sequenti, quod hinc diu à nonnullis inter secreta fuit retentum.

℞. *Rad. Allii rec. num.* iij. *vel* iiij.
Herb. Petrosel. rec.
Cherefol. ana Mß.
Bacc. Juniper. ʒvj.

Incisa & contusa tenuiter coque parum in Vino rubro, ut inde reddatur Cataplasma, quod linteo calidè superinductum regioni pubis applicetur, & quando refriguit denuò calefiat.

Tandem heic prætereunda non sunt *Semicupia*, quorum egregiam vim Nephritici in paroxysmo ferè semper sunt experti: Incoquuntur autem iis *emollientia* atque *nephritica Remedia*, prout sunt *Radices Aristolochiæ, Althææ, Malv. Hippolapathi, Pimpinellæ, Folia Parietariæ, Brancæ ursinæ, Violariæ,*

Chere-

Cherefolii, Malvæ, Althææ, Apii, Origani, Polii, Hederæ terreſtris, Flores Chamomillæ, Verbaſci, Alcææ, Meliloti, Papaveris rheados, Geniſtæ, Fructus Baccarum Lauri ac Juniperi, è quibus *Sacculi* confici poſſunt, Aquæ fontanæ incoquendi pro *Semicupio.* Statim autem poſt uſum hujus *Balnei*, Lumborum regio inungenda eſt *Linimento* aut *Oleo* quodam ſuprà deſcripto, imò ſimpliciter *Oleum Scorpionum* & *Lini* cum *Oleo Chamomillæ* in hunc uſum permiſceri poterunt.

§. 6. *Lithontriptica* Remedia non inconvenienter Claſſi *Nephriticorum* junguntur, quippe calculoſum Renum aut Veſicæ Affectum concernentia. Dicuntur autem hæc Medicamenta, quæ vim habent aut habere ſaltem deberent, Calculos renum aut veſicæ atterendi, comminuendi, & in ſabulum vel arenulas reſolvendi. *Lithontriptica.*

§. 7. Non ſine ratione in hâc Definitione addimus, *ſaltem habere debere hanc vim*, etenim inter Medicos tam Veteres, quàm Modernos continuè hæc fuit agitata quæſtio, Utrum in rerum naturâ exiſtat ejuſmodi Remedium, quod impactos Renibus aut Veſicæ Calculos diſſolvere potis ſit? Reperti hinc Auctores, præprimis qui, poſthabitis ægrorum viſitationibus, retrò fornacem continuè meditantur, aſſeverantes, omninò talia Pharmaca haberi, cumque omnem ſuam ætatem legendo atque ſcribendo conſumerent, varia ejuſmodi Medicamina excogitârunt, indeque *Lithontripticorum* Medicaminum Tabulam concinnârunt. E contrario Medici alii, quibus datum eſt quotidie cum Ægris verſari, hincque nova indies experimenta, quibus ſuam augeant peritiam, facere, contrariam prorſus opinionem foverunt, in quantum multi- *An reverâ dentur?*

plici

plici experientiâ nullum ex Lithontripticis ordinatis effectum observare potuerunt.

Distinguendi Calculi.

§. 8. Nos verò distinguendum putamus inter *Calculos*, quorum alii *siliceæ* sunt *duritiei*, alii similiter satis *duri* & *compacti*, alii tandem *laxioris* adhuc *texturæ*. Quod priores attinet, neutiquam credimus, ullâ eos comminui posse ratione, quandoquidem plurimis factis experimentis, cum affusis variis liquoribus, tam alcalinis, quàm acidis, volatilibus & maximè penetrantibus, in nullo horum lapillos vel minimum fuisse solutos notavimus. Quod verò tertium Calculorum genus attinet, cum iisdem quoque experimentum instituimus, notavimusque neque in Spiritu Urinæ, neque in Spiritu Lumbricorum terrestrium, neque in Spiritibus Salis armon. Millepedum, Viperarum, Cornu Cervi, neque tandem in Spiritibus acidis Sulphuris, Nitri, aut Salis fuisse solutos, sed in solo illo *Balthasaris à Guldenklee* arcano, quod in suis describit *Observationibus*, transpositis verborum literis, quodque nihil aliud est, quàm *Succus Herbæ Secalis* atque *Anserinæ*, mense Majo, ex iisdem sub roridâ aurorâ collectis, statim expressus, hincque cum *Vino rubro* per diem unum aut alterum digestus; quod Remedium intus assumi solet eodem hoc mense, & quidem præservationis loco solùm ter, curationis autem scopo pluries. Imò nil video quid impediat, quò minus etiam calculosæ Vesicæ per siphonem inspergatur, cum nullum dubium sit, ibidem suam Operationem non minus feliciter exercere posse atque extra corpus, solvendo nimirum sabulosam terrestris materiæ concretionem.

Materia Lithontripticorum.

§. 9. Sed dantur fortè & alia; quæ non contemnendum in hoc casu effectum præstare valent, qualia

qualia quidem efficaciora ex *Lithontripticorum* Tabulis ſequentia depromimus, nimirum *Radices Allii, Urticæ, Raphani ruſticani, Filipendulæ, Folia Bupleuri, Virgæ aureæ cum floribus, Scordii, Hederæ terreſtris, Baccæ Alkekengi, Semina Milii Solis, Naſturtiorum, Geniſtæ, Xanthii, Thlaſpios, Ozymi, Raphani, Ceparum, Baccæ Hederæ arboreæ, Millepedes ppti, Pulvis Lithonthripticus Auguſtanus, Eſſentia Lithonthriptica Rolfincii, Cineres Lumbricorum, Spiritus Urinæ, Sanguinis Leporis, Cineres Erinacei terreſtris, Pulvis Calculorum humanorum*, in quorum tamen uſu cautè eſt procedendum, certusque ſis oportet de Calculi naturâ, ſi enim durioris ſit texturæ, plus omninò iiſdem noceremus, quàm prodeſſemus, quoniam duriores Calculi ejuſmodi generoſis remediis, quæ ſimul pellendi vim obtinent, magis moverentur, ſicque dolorem longè intenſiorem excitando, fibrillasque, quas penetrare cupiunt, dilacerando, promptè Gangrænam, Sphacelum, ac inſequentem mortem accelerarent. Quales equidem Obſervationes non paucæ apud Practicos occurrunt.

CAPUT XXIX.

De Remediis Hyſtericis.

§. 1.

UTerina vel *Hyſterica* Remedia ea appellari poſſunt, quæ variis Uteri Affectibus medentur, & cum Affectus tales ſubindè ſint contrarii, materia quoque taliumPharmacorum ſibi invicem oppoſita erit. Atque hæc eſt cauſa, cur inter Uterina remedia referamus non ſolùm *Emenagoga*, ſed & *Menſes Obſtruentia*, quæ ſcilicet nimium Menſium fluxum vel cohibent, vel moderantur; Quibus dein adduntur ea, quæ *Quid hyſterica medicamina.*